


Am 5 Februar

Hu
1257



K 594

D E
M O R B O B O V M
ADHVC EPIDEMICE
GRASSANTE

GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS
CONSENSV

P R A E S I D E
G E O R G I O A V G V S T O
L A N G G V T H D

PATHOLOG. ET CHIRVRG. PROF. PVBL. ORDIN
FACVLTATIS MEDICAE SENIORE
ET EX-DECANO

H. T. ACADEMIAE RECTORE

AD DIEM XXX. OCTOBRIS c^{lo} I^o CC LXV

P R O G R A D V D O C T O R I S
D I S P V T A B I T

A V C T O R

IOANNES GODOFRED. VLMANNVS
B E L T I T I O - S A X O
M E D I C I N A E C A N D I D A T V S



V V I T T E B E R G A E

LITERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRII
ACADEMIAE A TYPIS

M O R B O D O M

A D H A C T P I D E M I C E

G R A S S A N T I

G R A T I O S I M B I C O R A M B R D I N I S
C O S S A N Y

P R A E S I D I U M

G E O R G I O A V A T O

L A N G E A T H D

L A T H I O G R A F I C H I C H I
I A C A D E M I A B R D I N I S
I T E R A

H A L L E
G R A D I O C O L O R

A D D I S I O N E R U S C O D O C T O R I S

P R O G R A D A D O C T O R I S

D I S P U T A T I S I T

V A C O T O L

J O A M I N E S G O D O P R A D B A L M I N I A N E

M E D I C I N A C A N D I D A T A

M E D I C I N A C A N D I D A T A

M E D I C I N A C A N D I D A T A

T I T L U S C A R O L I C H R I S T I A N I D E R I I
A C A D E M I A E T U T I S



Q. B. V.

DE

MORBO BOVM

ADHVC EPIDEMICE GRASSANTE.

PROOEMIVM.



Per multi iamiam praeterlapsi sunt anni, ex quo
dirus iste morbus, quo tam multi boum
greges prostrati atque trucidati sunt, in
regionibus Europaeis plerisque omnibus
regnare incepit, et adhuc regnare pergit.
Quantum vero damni sit, quod ex hac deplorabili at-
que pene vniuersali boum internecione capiat res publica,
eorum sane, qui vel parum ad res domesticas attendunt,
fugere potest neminem. Sentit id rusticus; sentiunt id

A

cives;

cives; sentit cum aegrotis suis Medicus, qui curae ipsi cordique sunt, quibusque non medicamenta solum propinat, sed et vietus rationem diligentius paulo atque accuratius describere studet. Nemo igitur est, qui non aliquod damnum inde sentiat. Evidem non defuerunt, qui haud parum operae in remedii, contra hoc tam pestiferum malum eruendis, consumserint, interdum, quod in eorum honorem fateri debemus, non sine omni fructu; quoniam vero remediis inuentis non semper ad votum euentus respondit, plurimi desperarunt hanc caussam, atque adeo malum inter ea posuerunt, nullam quae sanationem admittant. At vero nil adhuc habemus, quod animum hac in re abiiciamus. Namque cum omnibus medicamentis ita comparatum est, ut recto vsu, causa morbi nimirum antea detecta, applicata, certe prosint, peruerso vero vsu, i. e. sine omni causae cognitione adhibita, aut plus noceant, aut saltim, nil prosint. Quare tantum abest, ut iste morbus bouinus, quamvis multis contra eum inuentis, imminuat, ut potius augeatur. Inuestigenius itaque huius morbi caussam, et ea detecta facile medicinam ad hoc malum tollendum inueniemus. Quae quam ita sint, credo, non fore, ut in alicuius reprehensionem incurram, animum si iam inducam, de isto bouin morbo, qui nos tanta calamitate hacenus afficit, impraesentiarum differere. Arripui hoc argumentum, cum mihi, iam ad summos in arte salutari honores adspiranti, incumbit, ut specimen publicum exhibeam. Faxit D. T. O. M. ut haec mea qualiacunque conamina prospere ac feliciter cedant.

§. I.

§. I.

Ex iisdem, quibus C. H., partibus constat corpus brutum. Eadem est harum partium, essentiam si species, in utrisque structura; iisdem legibus utriusque actiones diriguntur ac perpetrantur. Caussae mechanicae pariter ac physicae hasce actiones in corpore utroque producunt: nec ipsae animales in brutis negari queunt, quamvis fuerint, qui ea istic priuata esse, somniarint.

§. II.

Corpus itaque brutum nec minus fluidis atque solidis gaudet, atque tamdiu valetudine fruatur, quamdiu hae partes iis qualitatibus donatae sunt, quas habeant necesse est, ut actiones facile atque cum oblectamento peragantur; sin aliter comparatae sint, non possunt non actiones turbare, atque, hoc facto, corpus brutum aegrotum reddere.

§. III.

Quae quum ita sint, varias etiam mutationes, haud iucundas, suo in corpore experiantur bruta necesse est; quumque modus, quo corpus animale affici atque turbari queat, varius sit, permultis morbis bruta exponuntur. Rem autem ita fese habere, et patres familias norunt, et intelligentes confirmant, qui brutorum morbis, accurate cognoscendis et describendis, laudabilem adhibuerunt diligentiam. Varii itaque morborum, bruta corripientium, historiam contexuerunt. Sufficiat ex antiquioribus VARRONEM, COLVPELLAM, VEGETIVM, DIOSCORIDEM, PLINIVM nominare; ex recentioribus RAMAZZINVM, MICHELOTTI, BORROMAEVM, LANCISIVM, FRANCISC. FANTASTIVM, MAZINVM, GAZOLAM, LANZONVM, VALISNERIVM, MAZZUCHELLI, CAMRARIVM, WERLHOFIVM,^(a)

a) In obseruat. de Febris, p. 275.

H OFFMANNVM, FVRSTENAVIVM, b) FISCHERVVM; c) quid?
 quod ipsi illustres viri H AENIVS, d) COTHENIVS, e) hanc ad
 rem attenti fuerunt. Varios morbos, nec minus eos, quibus
 corpus H. corripitur, bruta adoriri docent, ipsamque febrim
 in iis deprehendi, iam VEGETIVS f) mulo- medicorum primus,
 demonstrauit, nec RAMAZZINVS, g) LANCISIVS, h) MICHE-
 LOTTI, i) negarunt, ad morbum, quem nostris potissimum tem-
 poribus bruta experta sunt, febri ex omnibus similem, attenti.

§. III.

Hic dirus morbus est, qui seculo praesenti tam atrociter in
 bouinum genus saeuuit, omnium quanti quanti sint, cum moerore
 maximo, quemque in praesenti traictare suscipimus. Si libros
 adimus, quibus hic morbus mandatus est, discimus, omnes fe-
 re in symptomatibus huius morbi primariis enarrandis conuenire.
 Liceat mihi, morbi historiam, ex diuersis autoribus desumptam
 hic, ad eo meliorem istius diiudicationem, inferere.

§. V.

Doceat primo RAMAZZINVS k) qua ratione morbus seſe
 in Italia geſſerit. Quamuis enim antiquioribus iam temporibus

illius

b) Vide eiusd. *Kurze Einleitung zur Vieb-Arzeney-Kunst.*

c) Vide eius *Lieffländisches Landwirthschafts-Buch*, Halle 1753.

d) *Verhandeling van de tegenwoordige Ziekte en Sterfe van het Rindvee met Warne-
 mingen opgebelader door vier Genesbeeren*, Haag, 1745.

e) Triga Obseruat. de *Lue Bouina in Circulo Prignicensi* An. 1746.

f) In *Mulomedicina*, Lib. I. cap. 35.

g) In *dissertat. de contagiosa epidemia*.

h) In *Tract. de bouilla peſte*.

i) In *Conghietture ſopra l' infirmità degli animali bouini*.

k) l. c.

illius vestigia inueniamus, quod edicta Brandenburgico-Electoralia de annis 1688. et 1689. hac ex re data docent: RAMAZZINI tamen tempore ab anno 1710. magis apparuit atque truculentius saeuit. Istius vero historia haec est: Frigor, rigor, horripilatio, mox calor acer et vehemens, per vniuersum corpus diffusus, cum pulsus frequentia animaduertuntur in bobus aegrotis; praeterea que est anxietas magna, grauis anhelitus, etiam cum stertore, et in principio febris stupor, et species quaedam veterni, continuus ex ore et naribus graueolentis materiae descensus, foetidissima alui proluuies, inerdum etiam cruenta, anorexia, abolita penitus ruminatio, pustulae, quinta vel sexta die per totum corpus erumpentes, ac tubercula, variolarum speciem referentia, communis tandem omnium eodem modo circa quintam et septimam interitus. Haec RAMAZZINVS; dolendum, quod non retulit, quomodo sese interiores partes in demortuis habuerint.

§. VI.

HANNAEV^s ¹⁾ Medicus Hamburgensis refert, quae sequuntur, huius morbi anno 1746. grassantis symptomata: Rigor atque horripilatio per totum corpus plus minus in hoc vel alio conspicua, cum subsequenti calore, morbum incipiunt: morbo aucto, deprehenditur cutis tensa, immobilis, oculi in aliis turbidi, illacrymantes, humore plus minusue spissso repletii, in aliis flavi ac rubore suffusi, siccii, in aliis sereni, nihil mutati; in aliis muci ex ore et naribus effluxus copiosus: stridor dentium: in aliis dysforexia, anorexia: ruminatio mox abolita, mox vigens: in aliis sitis vehemens, in aliis nulla: Capite moto clangor percipitur, quamuis eo aperto parum vel nihil fluidi ibi inueniatur. Sequitur secundo vel tertio die dysenteria: Materia deposita per aluum, fluida admodum, initio cum, postea sine, foetore:

A 3

1) Vide eius Beschreibung von der Vielseuche vom Jahr 1745.

foetore: coloris diuersi, interduri cum sanguine remixa: flatus copiosior: alia patiuntur tenesimum, intestini recti prolapsum: alia experiuntur aluum pertinaciter clausam. Tunc obseruatur anxietas, respiratio difficultis, inquietudo magna, saepe mottis abdominis conuulsius, tandem interitus, modo laboriosus, modo magis quietus, inter tertium et nonum diem. Quorum quidem symptomatum, pro dispositione brutorum varia, mox pauca, mox plura, adsunt.

§. VII.

Ad partes brutorum hoc morbo mortuorum interiores quod attinet, quae sequuntur, idem HANNAEVS obseruauit: Cuite detracta, panniculus carnosus ex nigro ruber apparuit, atque potissimum in iis, quorum viscera haud inflammatu fuerunt, et contra. Alia corpora foetorem, alia nullum, sparserunt. Viscera iam sphacelosa, iam sine vlliis inflammationis signo, deprehensa sunt. Pulmones varium colorem ostenderunt, nunc rubrum, nunc ex albo rubrum, nunc nigerrimum, nunc sanguine copioso referti fuerunt. Pari ratione cor mox sanguine vacuum, mox eo spissio admodum ac nigro refertum. Ventriculus primus, rumen dictus, pabulo copioso putrido repletus: omasus eo sicco atque valde duro, adeo compacto completus, ut frustram eximi potuerit, exterius variegato, interius naturali pabuli colore. Intestina plurimum maxime inflammatu. Hepar atque lien vitio corrupta fuerunt, vesicula fellea a statu sano recessit, semper iusto amplior. Bilis mox nigra, viridis, fusca, flava; mox sanguine remixa, fuit. Omentum intolerabilem foetorem sparsit. De reliquo nulla exanthemata eruperunt.

§. VIII.

Nec dissimili ratione sese habent symptomata, quae SALD CHOW, ^{m)} Medicus Berolinensis hoc in morbo annis 1745. 1751.

^{m)} Vide eius Untersuchung der Rindviechseuche, vom Iahr 1745. et

et 1754. obseruata litteris consignauit. Obseruauit praeterea, morbi leuamen allatum esse ab exanthematibus, abscessu vel glandulis tumidis. Nec minus eadem de hoc morbo tradit FVR-STENAVIUS, adiicitque vesiculos, abscessus, furtunculos, in ore et fauibus conspectos fuisse, atque in iisdem partibus cuticulae secessus: in demortuis fauces tuberculis obsitae fuerunt: intestinum rectum vlcusculis maculatum fuit: suppressionem etiam virinae persessa sunt bruta.

§. IX.

Eadem in eodem morbo, circa VIVARAI, regionem Galiae, anno 1745. saeuente, symptomata docet celeberrimus *de SAVVAGE, n^o Med. Prof. Monspelliensis.* Addit praeterea huius morbi prognosin, experientia tunc confirmatam, quae quidem sese sequentibus prodidit phaenomenis: Os atque palpebrae vlcerosa, morbi duratio ad septimanam secundam, sitis atque appetitus haud adeo deletus, caput non adeo pendulum, cuticulae in ore secessus, crines in osse sacro defluentes, praeprimis vero tumor in pectore ac femore, usque ad claudicationem, bonum promiserunt euentum. Interitum vero praefigierunt anorexia perpetua, muci ex naribus effluxus copiosior, atque praeprimis dysenteria. Aluus deposita spumescens, pinguis fuit. Nec minus partes internae eadem ostenderunt, quae in superioribus historiis annotata fuerunt. Pabulum siccum ac durum nimirum in Omaso. Pulmones inflammati.

§. X.

Liceat nunc mihi, hisce omnibus ea quoque adiungere, quae b. pater meus, DAVIDES VLMANNVS, Med. Doct. et Phys. Coswicensis, eodem in morbo, annis 1751. et 1754. regionem Cofwi-

n) HASTFERS Ausführlicher Unterricht von der Zucht und Wartung der besten Art der Schafe, pag. 77. seqq.

Cofwicensem deuastante, obseruauit, et litteris priuatis consignauit. Notata sunt: anorexia, aures ac cornua frigida, motus abdominis conuulsiui, tremor totius corporis, quae quidem duo posteriora semper funesta fuerunt: magna capitis iactatio, parum caloris: in aliis aluis clausa, in aliis liquida, mucoso - sanguinolenta: lingua ac fauces sanae: morbi duratio, ad septimum diem, non bona, optima, quae nonum attigit. Mutatio in sanguinem statum contigit cum exanthematibus confluentibus, crustae instar. Quae e morbo perierunt, eorum ventriculi conspecti fuerunt pabulo recenti pleni, admodum extensi: pabulum in Omaso non siccum fuit, sed quale in mactatis deprehendas, intestina tenuia fuerunt materia mucoso - aquosa repleta, crassa vacua: Pulmo, cor, hepar, lien immunia deprehensa sunt, neutiquam inflammata: vesicula fellea maxime plena fuit: vrina in alio carnis loturæ instar, in alio iusto saturatior. Fauces atque intestinum rectum vesiculis ac vlciculis immunia. Curae detracta, panniculus carnosus purus fuit. Ad caput quod attinet, in quorundam cerebro parum sanguinis coagulati, in aliorum cerebro gelatina apparuit. An forsitan in agone ortum, an magis a causa morbifica productum?

§. XI.

Iisdem sub symptomatis hic morbus annis 1760. et 1761. hinc inde apparuit: nec differunt ea, quae secum dicit iste, iterum duobus abhinc annis saeuens; nisi in eo, quod in non-nullis brutis aegrotantibus angina spuria s. notha, statim ab initio morbi, obseruaretur.

§. XII.

En itaque symptomata, sub quibus morbus noster bouinus, usque ab initio apparuit, et adhuc appetet. Vti supra diximus, plurima

plurima huius morbi symptomata semper in omnibus, haec tenus enarratis, historiis, inter se conueniunt. Quoniam vero tam atrociter saeuit, ut eorum, qui eo correpti sunt, boum per pauci euaserint, iste vulgo in pestilentialium atque contagiosorum numerum relatus est; quo factum, ut sine ipsis caussae in uestigatione, statim de medicina, ad eum tollendum adhibenda, cogitarint. At enim vero quiduis potius, quam pestilentialis, mea equidem sententia, morbus est, de quo iam quaestio est. Nam praeterquam quod haud ea in brutis animalibus locum habeant, quae ad venenum recipiendum requiruntur, timorem dico, atque immoderatiorem viuctus rationem, quippe quibus C. H. maxime labefactatur, atque, ut cuiuslibet veneni somitem in se recipiat, disponitur; constat inter omnes, qui scientiam medicam callent, pestiferos morbos, aut ipsis infecto aeri seu contactui virtuali, aut aliis venenatis corporibus contactui simplici ac physico, ortum debere, atque adeo solam caussam externam agnoscere. Videamus, an eiusmodi caussa externa hoc in morbo locum teneat.

§. XIII.

Incipiamus ab aere, atque demonstremus, quod aer per se sine ratione sufficienti, cuiusdam veneni, hoc in morbo, accusetur. Docent nimis, qui sententiam, quam oppugnamus, fowent, aerem veneno quodam peculiari corruptum esse, quod generi praeprimis bouino bellum ad internacionem indixerit, adeo, ut omnia reliqua bruta ab eo ruta teataque essent. Vtrumque experientia impedit, quo minus credamus; siquidem ad peculialem huius veneni rationem, qua non nisi bobus ac vaccis noceat, quod attinet, eam eorum, qui morbo isto regnante, aliquando alia quoque bruta, oves, porcos, volatilia vna cum bobus aegrotasse, periisse, quin imo interdum morbum in aliis animalibus primum erupisse, et postea ad boves transisse, obseruarunt, nemo non negat. Quodsi vero quoddam venenum aerem in se idem

B

specta-

spectatum corruptit, necesse est, ni fallor, ut demonstretur, quia ratione ibi exortum sit, ubi primo morbus apparuit: ut morbus, ab eiusmodi aere corrupto ortus, sine intermissione regnet: ut integras regiones, continuos locorum tractus, occupet, corrum pat: ut non lente, sed uno imperio erumpat: ut hyberno tempore huius mali levamen conspiatur, quia cuiuslibet veneni vis alias frigoris successu extinguitur. Sed omnibus hisce dictis experientiam contrariam esse, eorum, qui, quomodo hactenus morbus iste sese gesserit, diligentius obseruarunt, quis est, qui ne sciat? Quanta sunt ex eo, quo morbus noster apparere incepit, temporum interualla, in quibus nil mali boues senserunt, sed morbus filuit? Vnde est, quod morbus in locis, quam longissime inter se dissitis, simul propullulare obseruatus sit? Quam multa sunt loca, eodem in tractu, ubi morbus saeuuit, sita, quae ab hoc malo immunia permanerunt? Quantam stragem saepissime hic morbus hyberno tempore edidit? Nonne saepissime verno atque aestiuo filuit, hyeme vero aduentante erupit, truculentiusque saeuuit?

§. XIV.

Tali ratione sese res habent, si volupe est, contactum simplicem et physicum, hoc in morbo, in scenam producere, atque eam ob caussam, ipsos boues infectos pariter ac mortuos, nec non horum partes, pinguedinem, cutim, carnem, stercus, omniaque praeterea, quae aut boues aegrotantes ac mortui, aut modo dictae partes tetigerunt, accusare atque in his solis huius mali caussam ponere. Namque naturae indagatores uno ore docent, caussae naturales ex sua natura ac indole, necesse esse, ut uniformiter, totisque viribus semper agant, nec sine effectu existant. Liceat hoc iam ad morbum nostrum eiusque caussam suppositam applicare. Quo posito, qui fieri potuit, ut morbus eo loco primo saeuire inceperit, ubi neque bruta peregrina, quae morbi

morbi somitem ex patria secum duxerunt, quod de boue isto Ramazzini, ex Dalmatia in Italiam transvecto, et post eum, de omnibus, ex Hungaria ac Polonia hodie copiose adductis, non nulli perhibent, neque indigena morbosa, quorum nulla fuerunt, vestigia posuerunt? Qui fieri potest, vt non toti boui greges morbos fiant, sed saepe eodem in loco, eodem in stabulo, magna interdum boui, hoc morbo ante non tentatorum pars ab morbo plane conseruetur? Qui fieri potest, vt multos greges, ab aliis infectis vndique circumdatos, liberos hoc malum reliquerit? Vnde est, quod greges sani, ab infectis cum diligentia separati, tandem tamen, post aliquod temporis decursum, morbum experti sint? Quare potuerunt homines, cadauera tractantes, boues sanos impune adire, coria, recens detracta, in stabulis suspendere? Quare potuit bobus sanis alimento, coriis eiusmodi inditum, sine noxa porrigi? ^{o)} Cur nil incommodi senserunt bruta sana, stabulis labi inquinatis detenta? Cur potuerunt bruta quaedam sana pabulum, in superiori stabuli, morbos continentis, parte reseruatum, sine sanitatis detrimento assumere? Vnde est, quod, vt obseruatum, boues sani morbidis atque suspectis non admugierint, nec stercore offensi fuerint? Et tandem qui potuit fieri, vt boues sani mortuos, sine labore accepta vixerint, quin loca, vbi mortua animalia dispersa iacerent, cur nonnulli potuerunt intacti transire? Quas quidem omnes et multis alias eiusmodi quaestiones experientia suffulti mouere possumus, nunquam ex solo contactu phisico, perpetram hic assumto, soluendas.

§. XV.

Quum itaque nullo modo demonstrari possit, hunc morbum, aut ex aere, peculiari veneno corrupto, aut ex contactu

^{B 2} simplici

^{o)} Id quod expertus est Mr. le Marquis de Courtiron. Videatur l' Histoire de l' Academie Royale de sciences de l' Année 1746.

simpli ac physico i. e. ex caussa sola externa, oriri, prona consecutionis lege sequitur, vt quaedam dispositio morbosa in brutorum humoribus, i. e. caussa interna adsit, quae accidente. quadam externa seu occasionali, istum morbum inter boues hinc inde subito producere valeat. Quis vero Pathologiae humanae gnarus nescit, morbos, qui communem externam vna cum interna caussam agnoscent, ac plures in populo uno eodemque tempore adoriantur, epidemicorum nomine insigniri. Quam quidem ob caussam maiori iure et nostrum inter epidemicos referre, et ex numero simpliciter contagiosorum seu pestilentialium eximere poterimus. Atque si omnia, quae supra §. 5. sqq. differuiimus, recte atque accuratius inter se comparentur, haud errare nobis videatur, si hunc morbum statuamus, e numero febrium putridarum valde malignarum esse, vel sine, vel cum, inflammatione, nonnisi aliquatenus contagiosum.

§. XVI.

Quanquam vero in nonnullis brutis, morbi praesentis violentia peremtis, inflammationis signa in pulmonibus, ventribus, intestinis, reliquisque visceribus apparent, praetereaque angina spuria adest, quae in veram transit; neutiquam tamen haec inflammatio obseruata pro morbo ipso, sed potius pro istius effectu, habenda est.

Nam *primum* nonne ea est putridarum febrium conditio, ut male tractatae, aut viribus naturae deficientibus male finitae, in inflammationem, gangraenam ac sphacelum partium interiorum abeant? Quam peruerse vero bruta aegrota a plerisque tractentur, quis est, qui nesciat?

Notum *deinde*, atque perspectum artis medicae peritis est, quod morbi putridi in C. H. varia ratione agant, variaque sub

sub forma sese prodant, prout corporis, quod corripiunt, habitus est. ^{p)} Triplicem febrim in eiusmodi morbis deprehendes, inflammatoriam in homine robusto, multo ac spissio sanguine replete: mediocrem in debili, cuius sanguis tenuis magisque fluidus est: resolutoriam in eo, cuius sanguis reliquaque humores multa acrimonia scatent. Quis iam vero febrim inflammatoriam huic morbo bouino sese adiungere posse negatierit, qui cum RAMAZZINO ^{*)} perspectum habeat, quod boues plerumque natura multo atque spissiore sanguine donati sint. Nec minus spissiore sanguinis bouini cras in demonstrat morbus iste boibus tam familiaris, quem nostra lingua *das Rücken-Blut* vocare solet villicorum consuetudo, accuratius omnino inuestigandum ac describendum. Evidem naturam eius, caussamque, ac remedium suo tempore nosse ac exposuisse videtur COLVETTUS, ^{q)} qui eum presso pede sequutus est, VEGETIVS, ^{r)} neglectae cruditatis haec signa tradentes: et inflatio ventris, et intestinorum maior dolor insequitur, qui nec capere cibos sinit, gemitus exprimit, locoque stare non patitur, saepe decumbere, et agitare caput, caudamque crebrius agere cogit. - Si dolor permanet, vngułas circumsecare, et uncta manu per anum inserta, finum extrabere, rursusque agere currentem conuenit cet. Itemque hunc affectum respexisse, et, nomine magis apposito, cum notatione caussae atque medicinae, donasse cernitur FISCHERVS: ^{s)} In illa pestis specie, monens, ubi sugillatio in dorso a sanguine, in vena magna dorsali stagnante et putrescente adsit, venae sectione, sapone, tabaco, lotione et frictione, opus esse.

B 3 off. iurid. aring. Quod

^{p)} Vide HVXHAMI Sammlung medicinischer Schriften.

^{*)} I. c. p. 797.

^{q)} de Re Rustica, Lib. VI. c. 6.

^{r)} Molumedie. Lib. III. c. 3.

^{s)} Lieft. Landwirthsch. p. 227.

id Quod *denique* ad anginam attinet, quem fugit, eam in morbis putridis hominem corripientibus, vt in variolis, morbillis, reliquis, tanquam morbum secundarium obseruari?

Iure meritoque adeo morbus noster e putridis est. Noli vero a me postulare, vt definiam, cuiusnam conditionis sit materia putrida, quae caussam huius morbi proximam constituat; neque, quaenam illius in corpore bruto sit sedes: quinam humores praeprimis peccent. Quo vero aliquid addam, puto, acrimoniam putridam, in hoc morbo, isti variolosae, morbillosae, atque alii, exanthemata producenti, similem esse, et non lymphaticos solum, sed et serofos humores inquinatos esse atque hanc acrimoniam, vel in ipsis humoribus generari, vel ex primis viis adiectam, ipsis admisceri. Demonstrare itaque nobis incumbit, qua ratione haec acrimonia, aut vt supra diximus, caufsa ista interna, in brutis sensim oriiri queat. Optime nos acturos putamus, si ductu Pathologiae humanae caussas remotas differamus, quae bruta nostra corpora a naturali statu sensim recedere faciunt, et ad morbum suscipiendum disponunt.

§. XVII.

Iam vero rem si accuratius paullo pensitemus, ad duo praeprimis hic respiciamus oportet momenta, ad digestionem vitiatam, et transpirationem suppressam.

Nam transpiratione suppressa corpus quodlibet animale eiusque humores vitium contrahere, et vt cuiuscunque veneni formitem recipient, disponi, quilibet Physiologiae pariter ac Pathologiae gnarus fatebitur. Isto continuo atque perpetuo solidorum atque fluidorum, ad sanitatem conferuadum necessario, motu quotidie, et particulae quaedam minima a solidis abundantur, et fluidis quaedam crassiores, quae in nutritionem corporis

poris impendi nequeunt, secernuntur; utriusque generis particulae impurae, ad conseruationem Corp. ineptae, eliminandae sunt. Educt ergo earum tenuissimas, sed et nocentissimas, ista excretio, omnes reliquas, ex S A N C T O R I I asserto, admodum superans, perspiratio sic dicta insensibilis. Multa vero ac grauiora mala, ista vel diutius paullo cohibita, vel imminuta, in corpore producuntur. Retinentur humores falsi, acres, redeunt ad reliquorum humorum massam, abeunt tam ad nobiliores quam ad ignobiliores partes interiores, creantque varia, pro varia partium internarum conditione, pathemata.

Quemamodum vero, quae iam dicta, omni de corpore animali valent; ita nec minus ea ad corpus bouinum potissimum applicabis, atque exinde varia morbi, quem sub manibus habemus, bouini symptomata explicabis. Consentit nobiscum hac in re MAZINVS,¹⁾ praetereaque sententiam nostram confirmat quotidiana experientia. Quilibet vel parum attentus nouit, quam incuriosè animalia bruta nostris temporibus, tam in fano, quam in aegroto statu, a multis tractentur. Vides multis in locis stabula, quibus bruta domestica detinentur, ita comparata, ut quiduis potius, quam calorem, ad transpirationis in corpore bruto vigorem erigendum, necessarium, producere atque conservare queant. Huc accedit magna ista stragulorum, debite consciendorum incuria, vbiuis obuia. Sic comparatum est, cum brutis sanis, nihil magis de aegrotantibus curant.

Scimus omnes, morbum bouinum, nostris temporibus plerumque incipere angina spuria seu serosa, (dicunt die Sabberseuche) aperta transpirationis suppressae sequela. Tantum absent, ut possessores ea procurent, quae transpirationem, vel conservent, vel amissam restaurent, ut talia potius perpetrent, quibus ea magis magisque supprimatur. Quacunque ratione tempestatis

¹⁾ In Epistola ad Valisnerum de praesenti epidemia contagiosa bouum ditionis Britanniae 1711.

pestatis vicissitudo fuerit; aeri liberiori tamen eiusmodi bruta exponuntur, ad pabulationes mittuntur, praetereaque concitatus interdum agitantur, atque sic aestuantia in loca umbrosa, paludosa, aliaque frigida, ducuntur. Aqua, frigida quid? quod frigidissima, iis porrigitur. Quid mirum itaque, si morbus ingrauescat, si diarrhoea; dysenteria sequantur? Sapientius omnino itaque egisse videntur isti duo rustici Saxonici, de quibus litterae publicae retulerunt, eos iumenta sua in loca subterranea duxisse, ibique detinuisse, atque a morbo bouino, ipsorum in regione saeuienti, libera conseruasse. Nil caussae est, cur dubitemus, horum boum conservationem transpirationi, hisce in locis subterraneis bene sustentatae, adscribere; quamvis non negemus, alias quoque caussas externas euitatas esse.

§. XVIII.

Transeamus ad digestionem vitiatam, videamusque, qua ratione in brutis vitiari, hincque ea impuris humoribus imbuere queat. At vero digestionis vitio, ut omnium corporum animalium, sic etiam praeprimis iumentorum sanguinem plerumque corrumpi, atque hinc febres accendi, non Pathologia solum docet, sed et VEGETIVS ^{u)} id in brutis expertus, affirmat. Laeditur vero ac vitiatur digestio, aut alimentis, eti bonis, assumitis in ventriculo non digestis, idque; vel liquorum digerentium, vel actionis ventriculi et motus respiratorii, digestionem adiutantis, vitio, aut alimentis iamiam vitiatis ingestis.

§. XIX.

Incipiamus de brutorum alimentis iamiam vitiatis assumitis. Quaerunt bruta alimenta in pratis, agris, semper omnibus iis exposita, quibus labem contrahere queunt. Varia eorum sunt

^{u)} Muled. Lib. I. cap. 21.

sunt, quae pabulationes labe inficere valent, quorum quidem aer accusandus est, vaporibus multis nocivis, acribus, sulphureis, putridis, cuiusmodi magna copia tempestatis vicissitudine frequentiore turbulentiore adesse solet, huc illuc ductis refertus, quibus decidentibus, non possunt non prata quam maxime inquinari. Eiusmodi vapores boum pascua occupantes obseruauit D. LESSER,^{*)} adeo acres, ut cutim, applicati, cantharidum instar, adurerent. Viderunt quidam nostris temporibus nebulas putridas, admodum foetentes, et iis euanidis, aquas, potissimum stagnantes, cuticula coloris variegati obductas, viderunt, et iuramento obstricti magistratibus affirmarunt. Quid? quod eorum quidam, tempestate nebula, pecudem stabulis, ad tempus detinuerunt, et eo sanam reseruarunt. SALCHOW^{**) x)} iam supra nominatus narrat, sese anno 1745. in quadam regione nebulam densam vidisse, atque obseruasse, boues, ea praesenti, mugitum vehementem edidisse, (signum, quo, ut assiduiiores pastores affirmant, brutorum nostrorum sanitatem haud amplius illibatam esse, indicatur) atque postridie statim morbum inter eos apparuisse. Recte omnino putat, boues tunc temporis vapores acres causticos, et vna cum alimentis assumisse, et per respirationem in pulmones attraxisse; videtur vero nimis longe excurrere, si caussam atque originem in fodiis recens apertis, in montibus igniferis, et in locis, ubi metalla tractantur, quaerere annuitur. Praestare nobis viderur, in ea, quae propiora sunt, inquirere. Mea equidem sententia, eiusmodi vaporibus nocivis originem praebent loca paludososa atque inundationibus obnoxia. Memoria reuoluamus annos proxime praeteritos, in quibus inundationes sane non rariores, sed frequentissimas experti sumus, reuoluamus, quantum in corpora humana valuerint. Quid vero loca paludososa ad corpus animale labefactandum afferant, quos

^{*)} Vid. D. SCHREBERS Samml. der Königl. Preuß. Verordn. bey der Rindviehseuche.

^{**) x)} I. c. pag. 3.

que morbos potissimum producant, scitum omnes medicinae periti, nec non luculentissimo exemplo confirmavit **LANCISIVS.** Quibus binis combinatis, videinis rationem, quare vici dieletiori, quamvis fertili admodum, regione siti, quos *die Busch und Auendorfer* appellare moris est, huic cladi atque calamitati magis et frequentius expositi fuerint, quam qui, et si istis vicini, in elatiōri et sterili arenoso agro positi sunt. Namque ut plurimum aere nebuloso obreguntur, inundationes frequentiores experiuntur; hinc pascua ab insectis inquinantur, melleo rore inficiuntur. Quo accedit foenum limosum, hinc maturescere nefscium, aut propter pluuias multas praecipue tempore autumnali, non debite preparatum. Sunt loca, in quorum uno eiusmodi foenum cum emolumento reiectum, in altero cum damno iumentis porrectum est.

§. XX.

Vapores iure excipiunt animalcula quaedam, quae pabulationibus inquinamenta afferunt. Sunt erucae, tanta interdum copia afflentes, ut arboreta, frutices depascant, ipsas herbas ad pastum maxime idoneas occupent, suoque praeterea seminio verminoso inquinent. Ipsi vero frigore tactis atque necatis, pascua squalore putredino obducuntur, pabulumque, quantum quantum sit, verminosum redditur; neque aquae ipsae ab ista labe liberae manent.

Nec dissimili ratione comparatum est cum locustis, quae, earum si magna copia adeat, pascua inquinata atque corrupta relinquunt. Nec desunt, qui autumant, eximiam locustarum copiam in Hungaria hunc morbum praecessisse. Quid mirum, si pabulo atque potu, eiusmodi seminio verminoso inquinato, a iumentis deglutito, primae eorum viae magna impuritatis pariter ac acrimoniae copia obsideantur? Noxam eiusmodi pabuli seminio

minio verminoso infecti confirmant Relationes Brestauenses in XXIX, *Versuch*, p. 285. vbi de venenata erucarum, olera ac legumina depascentium, indole quaedam exempla, notatu digna, commemorantur. Eiusmodi seminum verminosum secum quoque dicit ros ille melleus, cuius noxam quidam vici vicini, obseruante b. patre anno 1753. experti sunt; quippe in quibus, eodem tempore aut paullo post morbus bouinus potissimum graftatus est. Praeterea autem huius roris noxam confirmat nonnullorum, alibi viventium, circumspectio, qui cibariis olerum atque raparum hoc malo inquinatorum reiectis, villas suas ab ista deplorabili boum clade liberas atque immunes conseruasse vindentur.

Iam vero, quodsi seminum verminosum ivmentorum corporibus, mediante pastu, inferatur, haud est, quod dubitemus, inter morbi bovini caussas remotas nec minus vermes varii generis, in intestinis bouinis nidulantes referre. Scimus ex Pathologia, iis corpus animale ad varios morbos disponi, ad dolores colicos, morbos conuulsuos, epilepticos, inflammatorios putridosque, quidni corpus bouinum? Atqui vermes varii generis in hac vel illa parte corporum bouinorum deprehendi, docent rerum physicarum obseruatores, nec non SCHREIBERVS, eoque ducente, FVRSTENAVIVS y) perhibuit, eos magnam in hoc morbo bouino attentionem mereri. Quid? quod quaedam insectae virides, quas germani *Ygel* nominare solent, in nonnullis brutis, ex praesenti morbo mortuis, deprehensae fuerunt.

§. XXI.

Sed dantur plantae quaedam in pratis crescentes, quae, quo humidor earum locus natalis est, eo maiorem acredinem cauisti-

y) l.c. pag. 96. sq. Conf. DERHAM, Physico-Theolog. Lib. VIII. c. 6. LESSER Insecto-Theolog. P. I. Lib. I. c. 9.

cam nanciscuntur, quarum e numero sunt Ranunculus aquaticus, Ros solis, Cicuta aquatica, Persicaria acris, Secale corniculatum, nigrum, aliaeque. Nonne et in his interdum causa dispositio-
nis praeternaturalis, in corporibus brutis natae, quaerenda? Fie-
rine potest, vt eae alio anno maiori copia crescant, quam alio in-
venientur, in alio loco earum maior, quam in alio; sit copia?
Fierine potest, vt earum semina e loco, vbi abundant, in locum,
vbi rariores sunt, vario modo transuehantur? Nonne nos dele-
ctant plantae, in regionibus Europaeis iam sponte crescentes,
quas maiores desiderarunt, quaeque patriam longe remotorem
et peregrinam agnoscunt.

§. XXII.

At enim vero non alimenta solum, iamiam corrupta, atque
in ventriculum ingesta, prima in culina impuros humores effi-
cient, sed et ipsa bona atque integra in impuritates conuertuntur,
liquoribus digerentibus haud rite affluentibus, aut ventriculi actio-
nis, aut motus respiratorii vitio, quibus adiungatur ruminatio,
peculiaris in ruminantibus brutis actio, non rite celebrata.

Scimus omnes, anatomiam comparatiuam qui perspectam
habemus, iumenta ventriculo quadruplici donata esse, alimen-
taque ex primo in alterum, mediante ruminatione transmigrare.
Est vero ruminatio cibi praemansi masticatio iterata. Prima
enim masticatione quod boues deglutiunt, primus ventriculus,
rumen dictus recipit; quoniam vero nondum satis aptum est, in
reliquos abire ventriculos, ad os repellitur, ad nouam et perfe-
ctiorem masticationem subeundam; vbi bene ac debite praepa-
ratum statim in alterum delabitur, atque in reliquos vltius pro-
mouetur. Celebratur vero ruminatio, et motu diaphragmati,
et peculiari ac egregia oesophagi ventriculique ipsius fabrica,
quam PEYERV^s ^{z)} docuit, nec non muscularibus, opti-

^{z)} In Merycologia, Lib. III. c. 2.

optimeque cubando perficitur, tum nimirum abdomen, cumque eo rumen, blande comprimuntur, et ad maiorem ipsius contraktionem allicitur. Videmus hinc, quod iumenta post pastum, naturae quasi impulsu cubare soleant, quieteque fruantur. Necesse igitur est, ut boues satis pastos quietos linquamus, nec nimis, statim a pastu, agitemus. Hoc facto, ruminatio impeditur, nil e primo in reliquos ventriculos, ne aliquid quidem fluidi transfertur, cibarium vero, iam rumine contentum, in corruptiōnem ruit, putridumque euemit, quod quidem foetor, ex ore boum aegrotantium exhalans, cibusque corruptus, in demortuorum ventriculo deprehensus euineunt. Quando vero concitatiō motus respiratorius accedit, aut contenta in primo ventriculo magis augentur et compinguntur, aut contenta in reliquis fluidiora, iusto citius, nondum satis cocta, propelluntur, expelluntur. Quo exinde ratio patet, cur in Omaso massam duram atque compactam inueniamus; fluidiora nimirum sunt propulsa, nihil fluidi a rumine cum eo communicatur, nec tale quid, propter febrim, per vasa interiora minima exhalantia, affluit. Quibus quidem rebus sic comparatis, fieri nequit, quin magna acrimoniae copia in primis viis Corp. brutorum generetur, quae quidem reliquos humores maxime corrumpat necesse est. Quo facto impuritates, ad secundas vias translatae, liberiorem humorum circulationem impediunt, stases efficiunt, variisque morbis generandis ansam praebent.

Vertum enim vero, quae iam dicta sunt, suntne ita comparata, ut iis experientia respondeat? Reuocemus in memoriam tristes istos annos, proxime praeteritos, et dispiciamus, quae in iis iumentorum fata fuerint. Bella gesta sunt; quotus vero quisque est, qui homines nesciat, eo tempore, in conseruandis suis rebus ab hostium manu, maxime anxiis esse; quacunque ratione queant, cauent, ne sibi quid eripiatur, diligenterque student,

omnia in tuto collocare. Pari ratione agunt, qui bobus quaestum ac victimum facere coguntur. Ducunt eos e loco in locum, non lente, id prohibet hostis vicinia, potius quam velocissime. Quis nostrum est, qui non hoc cum tristitia praeteritis temporibus viderit? Alii praeterea sunt, qui tum temporis iumentis, vel per hostem, vel per morbum grassantem amissis, alia ad victimum sustentandum quaerunt, eaque emta, maxima laetitia percipi ad stabula domestica celeriter ducunt, incurii, an iumenta ante, an post pastum agant, quin imo statim ei ad helanti cibarium proiciunt. Adde istos boum greges frequentiores, huc usque ad nos adductos, ac longa per itinera admodum desatigatos, multosque alios errores in mulodiaeta perpeccos. Ac quo tempore magis, quam ipsis bellicosis atque aerumnosis, boum clades experti sumus?

§. XXIII.

Praeterea vero alimenta nec minus integra corrumpuntur, humoribus digerentibus non rite affluentibus. Quorum quidem afflatus impeditur, aut cum, vitio omnium humorum, corporis se et excretiones non recte procedunt, aut cum oscula vasorum, eos vehentium, spastice stringuntur, clauduntur. Primum quod dictum est, in brutis locum habere, eorumque humores vitium contrahere, ex transpiratione suppressa, superius commemorata, demonstramus, quumque exinde liquores digerentes quoque acriores facti sint, sibimet ipsis, vasorum oscula constringendo, exiitum impediunt. Quo tandem ista iam vitiata ingesta acriora accedunt, quibus oscula vasorum, liquores digerentes continentium, afficiuntur, constringuntur, eoque obliterantur. Vides hinc easam, quare in nonnullis brutis vesicula fellea tanquam ampla reperiatur.

§. XXIV.

§. XXIV.

Supra diximus, morbum nostrum aliquatenus contagiosum esse. Quod quidem contagium eo modo sese habet, quo omnes alii morbi epidemici, e. g. Variolae, Morbilli, Dysenteria, Petechiae. Haud itaque nos errare putamus, si docemus, inter caussas morborum, bruta corripientium, exhalationes quoque aegrotantium boum numerandas esse; neutiquam vero eas hic admittimus, quas bruta mortua edunt, atque adeo relictus omnes res, quaecunque sint, cadauera eiusmodi attingentes. Namque experientia, per longum temporis decursum satis confirmata, ideoque fide digna, satis superque docuit, tempore pestis ipsius grassantis, hominibus sanis magis caussae subesse, aegrotantes evitare, quam e peste mortuos. Ipsa talia cadauera dissecare suscepit FORESTVS ^{aa)} sine damno, multis quamvis spectatoribus. Ac quis Medicorum est, qui cadauera bruta dissecari sine fastidio curarunt, qui aliquid damni exinde acceperint. Accedit et hoc, quod bruta mortua, non peculiarem foetorem spargunt, praeter eum, qui cadaueribus familiaris est.

§. XXV.

Hae sunt caussae istae remotae, quibus et corporibus brutorum dispositio ad morbum suscipiendum iaducitur; noli vero putare, eas figillatim consideratas id efficere posse, ut morbus quidam, qualis noster est, producatur. Semper requiritur, ut, quod iam supra diximus, alia, occasionalis sic dicta accedat, qua sit, ut effectus istius dispositionis seu caussarum internarum sese prodant. Attamen vero hanc occasionalem caussam, ipsas inter haec tenus commemoratas esse posse, nobis persuadit Pathologia humana, ad animalem applicata. Quaenam vero ista in hoc vel illo, et praeprimis in praesenti brutorum morbo sit, certo certius

^{aa)} Vide eius Observat. Lib. VI. obs. 28.

tius constituere, altioris atque diligentioris inuestigationis res est, de quo infra plura. In praesentiarum adhuc demonstremus, necesse est, caussas istas remotiores, aut, si matus, praedisponentes morbum bouinum, iamiam regnantem producere valuisse. Diximus iis cruditates atque impuritates in primis viis brutorum generari. Sciunt omnes artis medicae principiis imbuti, eiusmodi cruditates primarum viarum C. potissimum H. omnia morborum genera generare posse, febres intermittentes, acutas, inflammatorias &c. Quidni et in brutis? Morbum bouinum nostrum febrim esse docuimus; ac praeterea bruta eadem quoque, quam assumsimus, ratione febricitare, ante omnes iam pridem iste mulo-medicinae parens, VEGETIVS ^{bb)} statuit. *Venter*, inquit, qui aqua*liculus* nominatur, totius corporis obtinet dominatum, in cuius capacitate cibus potioque miscetur. Quodsi loca illa praestrictio longi temporis vitauerit, intestinorum dolor et corruptio digestionis necessario sequitur. Hinc etiam tortura et extensio ventris dolorque cum magno periculo generatur, quae Passio emphragma, latine praecoccupatio dicitur.

Omnia vero ita sese in iumentis habere, de eo nobis praeterea persuadet ipsa partium bouim hoc morbo peremptorum internarum inspectio. Vides ventriculos pabulo multo putrido atque corrupto infarcitos. Euincunt id nec minus diarrhoea, dysenteria, huic morbo coniuncta, inflammationes internae, gangraena, sphacelus.

Quoniam vero cum corporibus animalibus, ut machinis hydraulicis, ita comparatum est, ut humorum e loco in locum affluxus semper continuus, nec unquam interruptus sit, hincque liquores in primis viis generati, tam mali, quam boni, ad sanguinem

^{bb)} Art. Veter. Lib. I. cap. 40.

guinem deportentur, eique sese insinuent, multasque ibi acrimonias generent, quibus solidis irritatis, se- et excretionibus impeditis, febres inflammatoriae pariter ac exanthematicae oriantur; facile intellectu est, cur in brutorum nonnullis exanthemata apparet, nec non, vnde sit, quod HANNAEVS in brutis perimit, cute detracta, hinc inde maculas nigras obseruauerit, partibus, quod bene notandum, interioribus integris ac sanis, et contra. Maximam enim partem materia peccans e primis ad secundas vias transportata fuit.

§. XXVI.

Quibus itaque disputatis, causa huius morbi bouini tam proxima, quam remota, explanata, haud difficile esse duco, quandam huic morbo medendi methodum conformare, idque magna cum fiducia, modo ne nimis sit vniuersalis, sed potius cuiuslibet bruti aegrotantis conditioni magis appropriata atque accommodata. Quemadmodum vero ratio, per experientiam magis confirmata, in morbis C. H. sanandis suadet, semper vniuersalia particularibus praemittere remedia; ita et hic optime agi censeo, si nec in brutorum morbis haec regula negligatur, sed potius commendetur, eoque magis, cum ex ante dictis notum sit, boum sanguinem natura spissorem esse. Incipiendum itaque est

Venaesectione. Quae quidem statim ab irruente morbo instituenda est, quia boum sanguis spissior semper, ad inflammationem pronus est, simul atque, quacunque de causa, motu febrii vehementer agitur: ea tamen cum circumspectione, ut probe ponderemus, an iumenta forsitan pabuli penuria laborant, nec ne, an febrim adeo magnam, an parvam experiantur. At

D

At

At disputant valdopere inter se, de venaesectione, in iumentis hoc in morbo celebranda. Admittunt, qui sanguinem crassiores grumosum in cadaueribus sectis reprehenderunt; reiciunt, qui sanguinem fluidum, magis dissolutum in iis obseruarunt. Ast vero, quum semper in bobus sanguinem abundantem assumamus necesse sit, atque quilibet therapiae gnarus norit, quam nocua in morbis putridis plethora sit, quamque sanitati restituendae resistat, quam multum vero isti eius imminutio conducat; haud nobis errare videmur, si venaesctionem in boum morbo praesenti, magna cum fiducia commendamus.

§. XXVII.

Venaesctione celebrata, id statim agendum est, vt primae viae a nimia ingestorum mole purgentur ac liberentur. Commendatur quidem eum in finem medicamentum purgans; quod quidem non plane reiicio, nihilo tamen secius vomitorium magis in hoc morbo brutorum mihi placet, quoniam primus ac secundus ventriculus nimia ingestorum ac impuritatum faburra repleti inueniuntur, qua remota, reliqua medicamenta danda eo meliorem praestare valent effectum, nec incassum, vt solet, in primo ventriculo sepulta iacent. Nec raro fit, vt caussa e prima culina eo reiecta, morbus statim tollatur, praeprimis, quod eo simul ventriculus tertius succutitur, atque a pabulo duro ac sicco liberari potest. Quapropter necesse est, vt brutis vomitorium, magna fluidorum emollientium copia solutum, propinetur, quorum non potest, quin aliquid statim ad reticulum delabatur, atque ex eo ad omasum deferatur, ibi pabulum durum emolliat, lubricet, eoque ad ulteriorem motum disponat. Multum est, quod, hoc facto, lucramur. Intestina vna cum ventriculis ab impuritatum onere liberantur, spasimi, constrictiones, stases sanguinis in abdomen remouentur, tolluntur, atque adeo liberior

liberior humorum circulatio restituirur. Confirmant huius vomitorii usum, in bobus aegrotantibus, praefantissimum, varii ex recentioribus oeconomi, qui, natura duce, suis iumentis illud cum emolumento repentinaque effectu adhibuerunt, nec non Vitriolum album, quod hinc inde in morbis bouinis porrectum, tantis laudibus, ob egregium effectum, tanquam remedium contra eiusmodi morbos specificum, effertur. Praeter quod radice Afari, vel ipso Tartaro emeticō, cum sufficienti vehiculo dato, vti quoque licet.

Huic substitui, vel potius adiungi potest purgans, idque pro nata rei necessitate, alio in morbi decursu clausa, aliquoties adhiberi, nec non ei succurri clysteribus, si non statim aliud aperiatur, ac iusto diutius clausa maneat. Oportet vero blandum esse, haud valde stimulans, vnclosum magis ac laxans, quo pabulum, in Omaso nidulans, siccum inungatur, atque ad motum vltiorem aptius reddatur. Optimum ideo est hoc in casu Sapo Venetus, ex quo etiam clysteres constare queunt. Magis vero oleosi sunt, dysenteria suborta, quo acrimonia praeципue biliosa inioluatur, atque intestina a nimia eius irritatione ac arrosione sarta tectaque reddantur. Iuuat tum olea cum farinaceis combinata iniicere.

§. XXVIII.

Postquam vero e primis viis impuritates remoueris, tum et ad impuritates humorum respiciendum est, quo per colatorium cutaneum, quoad fieri potest, expellantur. Quare adhibebis, quae transpirationem vel restaurent, vel sustineant, vel, vbi necesse, augeant. Conducet ergo potulenta, non nisi tepida propinare, per totum morbi decursum, cum his frictiones coniungere, eas diligentius quotidie ac frequentius adhibere, cele-

brare: stabula in moderato ac debito calore seruare, a liberiori ac perflanti aere ea tueri, ac bene conseruare, nec non ea stragulis debitibus obtegere, quin imo animalia ipsa, si necesse, vestibus aut varii generis tegminibus, operire.

Quam maxime itaque taxandus est mos, quo nonnulli animalia aegrota, a sanis segreganda, in casis, campo ex tempore positis, aut in luco detineant, omnes saepe aeris iniurias experitura?

Quoniam vero nil transpiratione in morbis assequeris, nisi humores eliminandi antea ita disponantur, ut vasa cutanea permeare queant, ad varia etiam simul respiciendum est. Hoc assequeris, si motum humorum circulatorium conuenientem, nec nimis celerem, nec nimis languidum, conseruas, nec minus allaboras, humores ipsos ita mutare, ne, suamet ipsorum acrimonia vasa stringendo, se- et excretiones impediatur. Necesse itaque erit, ut mox temperans, mox inuoluens, demulcens, mox roborans, adhibeas. Quam quidem ob rem nitrum, acetum Vini, oleum Vitrioli optimo cum fructu adhibebis. Non temperabis solum, sed et resolues humorum spissitudinem, bobus tam familiarem; nec minus utile erit, camphoram cum iis combinare, medicamentum in morbis putridis, inflammatoriis, sese tam egregio modo commendans, quamuis HANNAEVS illud hoc in morbo bouino laudare nolit; ast an recto modo ac tempore eo usus sit, aliis diiudicandum relinquo. Id saltim certum est, camphoram humores viscidos resoluere; solida blande irritando, vires erigere. Quem quidem in finem iuuat potulenta ex herbis atque radicibus roborantibus, diaphoreticis mitioribus, conficerre, eaque bobus reliquis cum medicamentis porrigerere. Quibus cum autem demulcentia aque inuoluentia, farinacea nimirum, furfuracea oleosa coniungas. Sunt, qui oleum lini statim ab initio adhibere

adhibere vetant, illudque; nonnisi diarrhoea suborta, permitunt. Verum nimis scrupulosiores videntur, cum constet, bruta morbo, quem tractamus, affecta, motu abdominis conulsiuo quam maxime cruciari, nec non interdum inflammationem pulmonum simul pati. Quis vero nescit, in eiusmodi affectibus oleosa egregium praestare effectum. Accedit et hoc, quod commemorata symptomata ex urgentibus sint, quibus Therapia generalis semper suadet, ante omnia occurrere, alias morbus in peius ruit, triftemque nanciscitur euentum. Velle adeo usum olei lini, statim ab initio, praemissis praemittendis, commendare, idque eo magis, cum FVRSTENAVIVS cc) de Medico quodam Brunsticensi commemoret, eum semper hoc oleum, cum reliquis combinatum, hoc in morbo, statim ab initio, magna cum utilitate dedisse. Ac quis est, qui nesciat, ante aliquot annos, litteras publicas nos certiores fecisse, oleum oliuarum, cum sero latetis coniunctum, non sine usu praestanti, in hoc morbo, propinatum esse; quo quidem tempore, hunc quoque olei oliuarum usum in duobus animalibus, quorum res iam conclamatae videbantur, expertus sum.

Nec dissimilem ob rationem adhibere licet Theriacam Andromachi, a nonnullis quoque, in praesenti malo, tantis laudibus elatam. Spasmos atque constrictiones mitigat: sed oportet statim, vomitorio aut purgante dato, ingerere, et tunc multum praefabat.

Morbo vero declinante diaphoretica aliquantulum fortiora danda sunt, quo morbi reliquiae plane expellantur corpusque iterum roboretur.

Quoniam autem, ad transpirationem promouendam roborantibus ac stimulantibus opus est, setacea quoque instituenda, quibus praeterea materia putrida ad exteriora magis allicitur, et

D 3

ab

cc) l. c. pag. 94. sq.

ab interioribus partibus nobilioribus auertitur, remouetur. Putredini vero humorum ut magis resistas, admodum conducet, Corticem ipsum Peruvianum pro rei necessitate propinare. Nec minus eo diarrhoea moderabitur, ne nimia euadat, quippe qua bruta quoque interire queunt. Quam ob rem nonnulli corticem Pini cum oleo lini combinatum suadent.

§. XXIX.

At nec Mercurius nostro in morbo praetereundus est, tam propter vermes, haud raro in corporibus brutis obuios, quam propter humorum visciditatem soluendam, quam in rem experimeta, felicioribus sub auspiciis capta, supra laudatus FVRSTE NAVIVS ^{dd)} commemorat.

§. XXX.

Quum vero ex supra dictis elucescat, ruminatio quam peculiaris quamque necessaria in bobus sit actio, quantaque damna sint, quae ex ea abolita resultent; id nobis necessario, in brulis aegrotantibus sanandis, agendum est, vt ea, quantum pro morbi ratione possit, vigeat. Remoueantur itaque omnia, eam quae impeditre queunt. Quomodo causa huius impedimenti, in ventriculo ipso primo latens remoueat, supra iam dictum est. Euitanda vero simul sunt, quae eam, ipso in morbo regenerare queunt. Etenim, simul atque ruminari boues desinunt, iis haud amplius pabulum siccum, aut gramen porrigendum est, sed non nisi fluida farinacea, aut furfuracea, tepida ingerere, quibus et parum foeni optimi, si assumere velint, addere licet, eoque modo tamdiu tractandi sunt, quandiu ruminatio cessat. Hac vero aliquantulum restituta, parum quoque foeni per vices, et quoties

dd) ibid.

ries assumere liber, porrigendum, simul vero semper potulenta tepida addenda. Praeterea vero aliae quoque in hoc morbo res circumstant, quae ruminationem cessare faciunt, vlcuscula, tubercula, in ore ac faucibus, decortications, pituita, nimia in copia in faucibus haerens, quod quidem in angina spuria, isto hu- ius morbi, iam regnantis, prodromo obseruatur, quibus omnibus, dolore, partibus ad ruminationem concurrentibus inducto, ru minatio absolui non potest. Tubercula igitur aperienda, cum vlcusculis et partibus decorticatis, diligenter medicamentis purificantibus, e. gr. aceto vini cum Herbis Salviae Rutae etc. lauan da. Atque, vt pituita haerens potenter ac celeriter resoluatur, for sitan iuuabit, ex iam praeparatis Oxymel. squillit. Essent. Pimp nell. aliaque simul admiscere.

Non vero in ore ac faucibus solum, sed et in naribus, ac in membrana sic dicta pituitaria, stagnat pituita, respirationem liberiorem impediens. Haec etiam soluenda, et ad exitum prae paranda. Mea equidem sententia, non plane ab hoc morbo alienum medicamentum, cepas commendantes proposuerunt. Par tes vehementer irritando, mucum stagnantem resoluere, atque partes, ad ruminationem necessarias, liberiores reddere queunt. Quapropter eae, si cum reliquis praedictis medicamentis adhie beatur, suam omnino symbolam ad morbi curationem conferre videntur; alias earum utilitates vt iam silentio practereamus.

§. XXXI.

Haec sunt medicamenta, quae in bobus aegrotantibus sa nandis, pro cuiuslibet tamen eorum conditione, adhibenda sunt. Sunt vero praeter haec alia, non minus necessario obseruanda.

Aer semper purus seruetur, atque ab exhalationibus aegrotantium animalium putridis purificeretur. Quam in rem suffimi gia

gia ex rebus fragrantissimis in stabulis instituenda sunt. Stabula quotidie aere perflari debent; fimo quotidie purgari; nouis stragulis, neutiquam ex iis rebus, quae super stabulis, vbi animalia aegra habitant, reseruatae fuerunt, confectis, operienda sunt, et quidem sufficientibus: Homines, qui aegrotantia tractant, vestibus magis linteis, quam ex lana confectis, sese obtegant oportet: Vasa adhibita, quam maxime potest, pura seruanda sunt.

§. XXXII.

Quoniam autem satius est, morbum anteuertere, quam emederi: maxime nobis iam incumbit, ut modum doceamus, quo hic morbus tam atrociter saeuiens impediri queat. Quemadmodum supra in methodo medendi, res eo cedebat, ut primae viae a faburra cruditatum deplerentur, et transpiratio vigeret, ita ad duo ista momenta, et in mulodiaeta respiciendum est, omniaque euitare studendum, quae supra in causalarum remotarum commemoratione dicta sunt. Praeterea vero, quae sequuntur, obseruare iuuabit.

Cum notum sit, plethoram variis, in Corpore animali impuritatibus generandis, occasionem dare, prodest, sanguinem bovis interdum mittere. Cui adiungas medicamentum purgans. Quod quidem vtrumque bis in anno cum fructu obseruabis, temporum potissimum vicissitudine, qua C. H. quoque mutationem experiri notum est, tempore dico aequinoctii vernalis et autumnalis. Notus mihi oeconomus industrius est, qui vtrumque iam bis tempore mali, loco suo se appropinquantis, magno cum emolumento, suique gregis conseruatione adhibuit, et quamuis malum in pago saeuerit, istius villa ab eo libera permanxit. Nec inutile erit, ipsa diaphoretica adiungere. Est quidam, qui diuersa animalia bouina conseruare, haud sine fructu, allaborauit

uit Venaefectione, Sale angl. catarc^t dato, et Tin^ct fulig. per vices propinata. Alius conseruationis gratia, praeter Venaefectionem, puluerem ex Bacc. Iunip. Sulph. crud. et Antim. crud. partibus aequalibus confecit, et non sine vtilitate dedit. Hanc vero ob rationem impediri oportet, ne iumenta aeri nebuloso-foetido exponantur, nec concitatius agirentur, nec aestuantia statim in loca frigidiuscula, paludosa deducantur. Quapropter necesse est, vt hominibus prudentioribus, ac non, vt hodie solet, pueris custodienda mandentur.

§. XXXIII.

Neque minus ruminacionis conseruandae ratio habenda est. Cui rei impetrandae conduceat, salem communem, per vices, cum pabulo porrigere. Ac ipsas cepas, in stabulis, tempore potissimum morbi regnantis, suspensas haud parum ad sanitatis boum conseruationem conferre arbitror. Forsitan propter hunc effectum, hinc inde praestitum, nomen remedii contra morbum specifici meruerunt. Irritant nimirum aequa ac salia, hincque stimulant excitantque partes ruminacionem praestantes. Salem vero porrigere, in recens entis, et ab aliis locis adductis potissimum obseruandum est. Haec enim pabulo nouo sensim sensimque assuefacere oportet, propterea quod experientia docet, iumenta, ex deiectioribus atque paludosis locis in loca, sublimiori regione sita, adducta, et contra, haud raro, cautione necessaria neglecta, pathemata quaedam experiri, nisi mortem ipsam subeant. Praestabit itaque eiusmodi brutis multum salis, cum herbis amaris coniuncti vsus, ad tempus continuatus. De reliquo semper cibarium bobus bene eligendum; euitandum omne, quacunque ratione inquinatum, aut non rite praeparatum.

E

§. XXXIV.

§. XXXIV.

Supra exhalationes aegrotantium animalium, inter cauſtas remoras ac occasioнаles posuimus; quare pabulum quoque vi-tandum est, ex locis infectis aduectum, aut quod in superiori stabuli aegrotorum parte reseruatum fuit. Neque ad pabulatio-nes, vbi boues suspecti fuerunt, integri admittendi, saltim non, antea, quam pluuiia multa illae satis iterum purgatae fuerint, ea tamen cum cautione, vt iumenta, in variis locis, rebus fragrantissimis liquidis, e. gr. pice liquida, oleo C. C. foetido oblinantur, quod quidem alias quoque, tempore morbi saeuientis, cum fructu perpetrabis. Commerciū cum locis suspectis aut infectis tollendum est, certe cauendum, ne homines, ex eiusmodi locis, iumenta sana adeant. Hincque et curandum, ne homines, bruta, a sanis separata, aegrota tractantes, sana simul frequentent. Videndum, ne bruta sana aequie ac aegrota ex eodem flumine simul, aut ex iisdem vasis aquam bibant. Praesepium ac omnium, brutis adhibendorum, vasorum puritati maxime stu-dendum; eaque, brutis amissis, lixiuio bene purganda sunt, ipsa stabula debite purgentur, suffimigiis variis, et, si potest, calce dealbentur.

§. XXXV.

At forsitan quis nobis occurret: Omnia, quae iam dicta, iam dudum adhibuimus, sed incassum; vniuersale, atque contra hunc mōrbum, specificum remedium efflagitamus. Sed ad primum quod attinet, omnino valeret, nisi adessent, quibus huic contrarium luculenter demonstrari posset. Vbiique locorum, qui mor-bum bovinum experti sunt, reperiuntur, qui aegrotorum boum
san-

fanationem cum ratione fuscipientes, neutquam fine suo exciderunt. Litterae publicae praeterea multa istius rei prospere cedentis exempla retulerunt. Sequamur istos prudentiores, certe laboris atque diligentiae adhibitae fructus assequemur, colligemus. Verum enim vero, antequam id sperare queamus, remouenda atque tollenda sunt, ea quae impediunt, quo minus consequamur. E quibus ista opinio praeoccupata de pestilentiali huius morbi natura potissimum est, ex qua permulta promanant, quae bruta aegrotantia omni auxilio destituunt. Nam, peste audita, fugiunt bruta homines domestica, ipsorumque fato relinquunt, nil curantes, num moriantur, an euadant, de sumtibus, quos eorum sanationi adhibere deberent, maxime queruntur, nil inde emolumenti sperantes, sed omnia pro amissis habent. Qua ex ratione iumenta aegrota non debite tractantur, eorum morbus non rite dijudicatur, speratoque successu curatio eorum destituitur. Quis enim est, qui medicinam morbo conuenientem commendare possit, eius naturam ac indolem si non rite perspexerit? Quanti vero momenti, et in nostro morbo, eius dijudicatio debite ac rite instituta, sit, ad conuenientia contra eum medicamenta adhibenda, speciales methodi medendi a variis autoribus, harum rerum intelligentibus, descriptae, satisque prospere successe, mirifice confirmant. Quanquam enim euenit, ut idem morbus ubique regnet, eum tamen in hac vel illa regione, in hoc vel illo loco, hoc vel illo tempore, in hoc vel illo corpore, interdum multum, pro variis eius symptomatibus accidentalibus variare, quis nescit? Quod quidem partim ex supra dictis patet, partim in ipso morbo nostro, recentiori potissimum tempore, regnante, conspicere licuit, dum alias saepe morbus, cruditas illa et fugillatio dorsalis, supra descripta, et angina imprimis ferosa, morbo primario se se adiungere consueuerant.

E 2

Haec

Haec de reliquo nos docent, quam necessarium sit, ut iumenta sananda prudentiorum curae committantur, qui morbum rite dijudicare, dispicere, atque adeo varias eius mutationes debita ratione tractare valent. Hoc facto, sanatio morbi bouini haud adeo difficilis aut impossibilis erit, quam vulgo putant, sed tandem bene ceder, optato euentu non caritura est.

§. XXXVI.

Ex caussis morbi bouini remotis, superius enarratis didicimus, ex iis interdum quandam cuilibet loco, morbum praesentem experto, propriam et quasi vernacula subesse posse, non eam solum, quae morbosam dispositionem in brutis generet, sed et eam, quae efficit, ut effectus istius dispositionis se se prodant, i. e. ut morbus erumpat. Iam vero, quum magis vbiique optandum sit, ut morbi non modo sanentur, verum etiam, ut, si potest, prorsus auertantur, diligentior omnino atque paullo accuratior illarum caussarum inuestigatio instituenda est, atque semper videndum, quid peculiare atque proprium hic vel ille locus paeprimis habeat, quo et dispositio morbosaa, et morbus ipse brutis induci queat. Quae quidem res non homines abiectae atque vilis conditionis, sed altioris ac magis exculti ingenii viros, postulat. Sapientioribus omnino, qui ea, quae ad sanitatem corporis animalis conseruandam aliquid conferunt, nec minus, quae eam labefactant atque euertunt, perfecte callent, tam grauis res committenda est. Quam ingratia itaque erga ipsa animalia bruta videri possuinus, quae nobis tam multa, quae ad victimum, amictum, vitamque omnem sustentandam pertinent, suggerunt ac suppeditant, siquidem ea manibus imperitorum committimus, quibus non possunt non morti tradi atque immolari; nihilque amplius, nisi medicamentum vniuersale ad morbum hunc auertendum atque

que sanandum, cogitamus ac efflagitamus. At vero semper semperque eiusmodi specificam medicinam desiderabimus. Namque ista si in brutis corporibus contingere posset, quanto magis in C. H. locum haberet? Dudum, imo ab eo iam tempore, quo medicina empyrica rationali cedere coacta est, de eo laboratum est, vt Panaceam inueniremus, C. H. et a morbo conseruantem et ab ipso liberantem, at parum, nihilque omnino effectum est. Recte Hoffmannus celeberrimus *) irriti successus causam hanc suppeditat, omnes rerum corporearum vires non absolutas, sed semper conditionales et relatiwas esse, adeoque de remediorum viribus idem statuendum esse, quorum effectus ad certos tantum respectus sese extendant, et secundum illos suas quoque vires varient.

§. XXXVII.

Hisce expositis atque ad rationem reuocatis, videre licet, quare factum sit, vt supremus Angliae Senatus nondum voti fui damnatus sit, cum omnes, ad eiusmodi medicinam, de qua loquimur, inueniendam, praemio proposito, prouocauerit. Prouocabit diu, prouocabit frustra. Quod quidem omnino perspectit *ILL. BOVRGELAT*, Praeses Academiae Lioriensis. Qui quidem, vt omnia, quae brutorum sanitati derimenti quid afferre, aegrotorum sanationi impedimenti quid ponere queunt, remoueantur, ea vero, quae eorum sanitatem tueri, sanationem promouere possunt, procurentur, omnium maximo cum applausu, scholam veterinariam instituit, in qua eiusmodi homines, quales supra desiderauimus, erudiantur atque formentur, adeo, vt eorum curae bruta aegrota cum fiducia committi possint. Laudabili instituto medicinam humanam ad animalem applicare haec schola annititur.

§. XXXVIII.

*) Videatur eius Pathologia pag. 23.


§. XXXVIII.

Quemadmodum reliquae totius Europae regiones vna cum Gallia, de praesenti malo graui hactenus conquestae sunt; ita nil magis in votis habemus, quam vt nec istae regiones in his quereatis, quamuis iustis, acquiescant, sed laudabile hoc institutum sequantur. Certe summus iste omnium rerum rector atque gubernator rem incoeptam fortunabit, feliciterque eam procedere iubebit. Cui quidem summo adiutori et ego impraesentiarum immortales gratias ago atque persoluo, pro sua gratia, qua huic meo labori suo auxilio adesse non noluit, eumque supplicibus atque ardentissimis precibus imploro, vt incoepta mea, vt haec tenus, ita et in posterum fausta fortunataque esse iubeat.



X 23745 M

200



D E
M O R B O B O V M
ADHVC EPIDEMICE
GRASSANTE

GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS
CONSENSV


P R A E S I D E
G E O R G I O A V G V S T O
L A N G G V T H D

PATHOLOG. ET CHIRVRG. PROF. PVBL. ORDIN
FACVLTATIS MEDICAЕ SENIORE
ET EX-DECANO

H. T. ACADEMIAE RECTORE

AD DIEM XXX. OCTOBRIS CLO ID CC LXV

PRO GRADV DOCTORIS
DISPVTABIT
AVCTOR
IOANNES GODOFRED. VLMANNVS
BELTITIO-SAXO
MEDICINAE CANDIDATVS



VVITTEBERGAE
LITERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRII
ACADEMIAE A TYPIS

